Erat undecima hora. Raeda adhuc in fossa manebat quod raedarius eam movere non poterat. Aurelia sollicita erat; Cornelia lacrimabat; etiam pueri pericula iam timebant; 5 Cornelius in via stabat sollicitus et caelum spectabat quod iam advesperascebat.

Tandem Eucleides, “Videsne illud aedificum, domine?” inquit.

“Video,” Cornelius respondet. “Quid est?”

10 “Caupona est. Visne igitur ibi pernoctare, domine?”


Clamat Aurelia, “O me miseram! Cauponas non amo. Saepe ibi pericula sunt magna. Fortasse caupo alios equos habet. Fortasse 15 equi cauponis raedam e fossa extrahere possunt. In caupona pernoctare timeo.”

“Cur times, mea domina?” Eucleides rogat. “Nullum est periculum. Omnes cauponae non sunt periculosae. Omnes caupones non sunt scelesti. Ille caupo est amicus meus. Graecus est et vir bonus.”

20 Tum Aurelia, “Cornelius est senator Romanus. Senatores Romani in cauponis non pernoctant.”

Cornelius tamen, “Quid facere possumus?” inquit. “Hic in Via Appia pernoctare non possumus. Nulla vehicula iam apparent quod advesperascit. Est nullum auxilium. Illa caupona non procul abest. Necesse est igitur ad cauponam ire. Agite, pueri!”

25 Itaque, dum Eucleides Cornelios ad cauponam ducebat, raedarius solus in via manebat; raedam et equos custodiebat.



1 undecimus, -a, -um, *undécimo*

3 caelum, -i n., *cielo*

advesperascit, -ere, *anochece*

4 aedificium, -i n., *edificio*

6 caupona, -ae f., *posada*

pernocto, -are, *pasar la noche*

8 caupo, cauponis m., *posadero*

11 periculosus, -a, -um, *peligroso*

12 Graecus, -a, -um, *griego*

19 custodio, -ire, *vigilar*

Ejercicio 17a

Responde Latine:

1. Cur raeda in fossa manebat?
2. Cur Cornelius sollicitus erat?
3. Quid videt Eucleides?
4. Ubi pernoctare possunt?
5. Cur Aurelia in caupona pernoctare non vult?
6. Ubi Cornelii pernoctare non possunt?
7. Quis raedam et equos custodiebat?

Ejercicio 17b

Traduce, poniendo atención a los verbos irregulares:

1. In fossam descendere nolo.
2. Plaustrum onus fert.
3. Cornelii et Eucleides ad cauponam eunt.
4. Syrus raedam e fossa extrahere vult.
5. Cistas ad raedam ferimus.
6. Cum amicis Romam eo.
7. Aurelia in caupona pernoctare non vult.
8. I, fatue!
9. Servi cistas ferunt.
10. Ubi pernoctare vis, domine?
11. Noli in cauponam ire, Cornelia!
12. Fer aquam, serve!

Ejercicio 17c

Responde Latine libere:

- | | |
|--|---|
| 1. Ubi Sextus manebat? | 14. Quid in via vides, Sexte? |
| 2. Unde Cornelii veniunt? | 15. Ubi haeret raeda? |
| 3. Cur Romam ire non poterant? | 16. Cur in via pernoctare non vultis? |
| 4. Quid fers, Dave? | 17. Quo ibant Cornelii? |
| 5. Quid faciebatis, servi? | 18. Cur ad urbem ire Cornelia non vult? |
| 6. Eratisne diu in fossa? | 19. Unde veniebas, Cornelia? |
| 7. Quo Cornelii ire volunt? | 20. Scelestusne sum? |
| 8. Quid puellae in agris faciebant? | 21. Quo Syrus equos ducit? |
| 9. Quid Davus servos et ancillas facere iubebat? | 22. Cur equi ire non possunt? |
| 10. Poterasne clamare? | 23. Quid non procul aberat? |
| 11. Quo itis, Cornelii? | 24. Cur in cupona pernoctare nolebatis? |
| 12. Quid ferebas, Dave? | |
| 13. Quid facitis, servi? | |

Ejercicio 17d

Pon en latín:

1. Esclavos, llevad las cestas a la posada.
2. Marco, ¿por qué estás llevando tú la cesta de Sexto?
3. No queremos pasar la noche en una posada.
4. Estamos yendo a Roma.
5. Sexto quiere ver los grandes edificios de Roma.
6. Marco, ¿quieres ver los edificios?
7. Hoy vamos a Roma.
8. El carro de bueyes lento lleva mucha carga.
9. Todos los senadores romanos van a la ciudad.
10. Estoy yendo a mi casa de campo.

REVISIÓN III: CAPÍTULOS 13-17

Ejercicio IIIa: Presente y Pimpf de verbos regulares e irregulares.

Elige la forma del verbo (o perífrasis verbal) adecuada y ponla en Pres. y Pimpf.:

curo	conspicio	portare volo
moveo	custodio	portare nolo
extraho	portare possum	fero

1. Ego cistam _____.
2. Tu cistam _____.
3. Servus cistam _____.
4. Nos cistam _____.
5. Vos cistam _____.
6. Cornelii cistam _____.

Pon la forma adecuada del verbo *eo* tanto en Pres. como Pimpf.:

1. Ego Romam _____.
2. Tu Romam _____.
3. Cornelius Romam _____.
4. Nos Romam _____.
5. Vos Romam _____.
6. Cornelii Romam _____.

Ejercicio IIIb: Sustantivos neutros.

Pon en plural los sustantivos y adjetivos en cursiva, haciendo todos los cambios pertinentes, y traduce:

1. Pueri in *cubiculo* dormiebant.
2. Servus *onus magnum* portat.
3. Sextus *murmur* rotarum in via audiebat.
4. Cornelii in *cisio* iter faciebant.
5. *Magnum periculum* in viis est.
6. Cornelius servos *baculo* verberabat.
7. Senator ad urbem *iter* facit.
8. Raeda est *vehiculum Romanum*.
9. *Rusticus* in *plauastro* dormit.
10. *Rota cisii* infirma erat.

Ejercicio IIIc: Numerales.

Completa las oraciones con numerales apropiados, y traduce:

1. Quot filios habet Cornelius? Cornelius _____ filium habet.
2. Quot filias habet Cornelius? Cornelius _____ filiam habet.
3. Numerus liberorum Cornelii est _____.
4. Quot pedes habet lupus? Lupus _____ pedes habet.
5. Quot liberi ad urbem iter faciunt? _____ liberi ad urbem iter faciunt.
6. Quot rotas habent raeda et cisium? Raeda et cisium _____ rotas habent.
7. Quot pedes habent duo lupi? Duo lupi habent _____ pedes.
8. Quot nomina habet Cornelius? Cornelius _____ nomina habet.
9. Quot nomina habet Cornelia? Cornelia _____ nomen habet.
10. Quot pedes habent tres pueri? Tres pueri _____ pedes habent.

Ejercicio IIIId: Sustantivos y casos.

Elige la palabra correcta y traduce:

1. In agris errabant _____.
- pueros / pueri/ puerorum

- | | |
|--|---------------------------------------|
| 2. Cornelius multos _____ habebat. | canes / servum / ancillas / amici |
| 3. Quid facit _____? | Aureliam / Aurelia / Aureliae |
| 4. Rustici _____ baculis excitant. | canis / boves / equus |
| 5. Quam molesta est _____! | Sextus / puellae / Flavia / Corneliam |
| 6. Sub arborum ramis dormit _____. | cives / servus / rusticos |
| 7. Canes latrantes timebant _____. | pueros / pueri / puella |
| 8. In agris _____ sunt multae arbores. | Cornelii / villa / vineam |
| 9. Ancillae liberorum _____ curabant. | tunica / tunicae / canis / cistas |
| 10. _____ novas _____ induere volunt. | puella / puellae / tunica / tunicas |

Ejercicio IIIe: Concordancia de adjetivos con sustantivos.

Elige el sustantivo o sustantivos de la derecha que pueden concordar con el adjetivo de la izquierda. Justifica la elección.

- | | |
|-----------|--|
| 1. magna | nox, onera, fragore, rota |
| 2. magnis | noctis, oneribus, servis, feminas, rotis |
| 3. magnae | domini, rotae, oneri, vocis |
| 4. magnos | voces, fragores, filios, pedes |
| 5. magnum | onus, vocum, baculum, cistam |

Ejercicio IIIf: Adverbios.

A veces los sustantivos y los adverbios tienen las mismas terminaciones. Indica cuáles de las siguientes palabras son adverbios y tradúcelos:

- | | | |
|-------------|--------------|-----------|
| 1. fortasse | 3. etiam | 6. deinde |
| fratre | iam | matre |
| saepe | ianuam | nomine |
| sorore | 4. ianitorem | 7. nondum |
| 2. fossa | identidem | numerum |
| frustra | tandem | 8. ramo |
| interea | 5. iter | raro |
| pictura | iterum | silentio |
| praeterea | | subito |

Ejercicio IIIg: Comprensión lectora.

Lee el siguiente pasaje y contesta las preguntas que hay a continuación.

UN HÉROE GANA UNA GUERRA

Ubi Tullus Hostilius, rex tertius, Romanos regebat, pugnabant Romani cum civibus Albae Longae, urbis quae non procul aberat. Pugnare tamen volebant neque Romani neque Albani, nam multi Romani aut amicos aut propinquos in urbe Alba Longa habebant. Itaque Romani consilium capiunt et nuntios ad Albanos mittunt.

- 5 Nuntii, “Non necesse est” inquirunt “cunctis Romanis cum cunctis Albanis pugnare. Nos inter milites nostros fratres habemus trigeminos, nomine Horatios. Vos quoque inter vestros fratres habetis trigeminos, nomine Curiatios. Si vultis, hi fratres cum illis pugnabunt, et proelii victores victoriam belli pro patria sua reportabunt”.

10 Hoc consilium Albanos delectat. Fratres in proelium festinant. Ferociter pugnant Horatii et Curiatii. Unus e Curiatiis vulnus accipit, tum alter, deinde tertius. Curiatii tamen duos e Horatiis necant. Unus Horatius contra tres Curiatios vulneratos stat, solus sed incolumis. Horatius tamen non timet sed consilium capit.

15 Ex illo loco iam currit Horatius et a Curiatiis effugit. Curiatii Horatium petunt sed, quod vulnerati sunt, magnis intervallis currunt. Itaque, ubi unus Curiatius fratres praeterit, Horatius se vertit et eum necat. Iterum effugit Horatius; iterum se vertit et unum e Curiatiis necat. Hoc modo omnes tres Curiatios necat Horatius unus. Victor est Horatius et victoriam belli habent Romani.

- | | |
|--|---|
| <p>1. rex, regis (m), <i>rey</i>
 tertius, -a, -um, <i>tercero</i>
 rego, regere, <i>gobernar</i>
 pugno, pugnare, <i>luchar</i></p> <p>3. aut ... aut, <i>o ... o</i>
 propinquus, -i (m), <i>pariente</i></p> <p>4. consilium, -i (n), <i>decisión, plan</i>
 consilium capere,
 <i>tramar un plan, tomar una decisión</i></p> <p>5. cunctis Romanis, <i>a/para todos los romanos</i></p> <p>6. inter, prep., <i>entre, en medio de</i>
 miles, militis (m), <i>soldado</i>
 trigeminus, -a, -um, <i>trillizo</i></p> <p>7. vester, vestra, vestrum, <i>vuestro</i>
 hi ... illis, <i>estos ... aquellos</i></p> | <p>8. pugnabunt, <i>lucharán</i>
 proelium, -i (n), <i>lucha, batalla, combate</i>
 victor, victoris (m), <i>vencedor</i>
 bellum, -i (n), <i>guerra</i>
 pro, prep. + abl., <i>por, a favor de</i>
 patria, -ae (f), <i>patria</i>
 reportabunt, <i>traerán</i></p> <p>9. delecto, delectare, <i>agradar</i></p> <p>10. e Curiatiis, <i>de los Curiacios</i>
 vulnus, vulneris (n), <i>herida</i></p> <p>11. neco, necare, <i>matar</i>
 contra, prep. + ac., <i>contra</i>
 vulneratus, -a, -um, <i>herido</i></p> <p>14. magnis intervallis, <i>con grandes intervalos</i></p> <p>16. hoc modo, <i>de este modo</i></p> |
|--|---|

1. ¿Contra quién luchaban los romanos?
2. ¿Estaban deseando luchar los romanos y los albanos?
3. ¿Por qué sí o por qué no?
4. ¿Qué hacen los romanos antes de entablar combate?
5. ¿A quién tienen los romanos entre sus soldados?
6. ¿A quién tienen los albanos?
7. ¿Cómo luchan los Horacios y los Curiacios?
8. ¿Quién resulta herido? ¿Quién no?
9. ¿Qué hace el Horacio superviviente cuando lo persiguen los Curiacios heridos?
10. ¿Quién sale vencedor en el combate?
11. ¿Quién es el vencedor en la guerra?

Ejercicio IIIh: Identificación de formas.

Localiza en la lectura las siguientes formas:

1. Cinco pretéritos imperfectos.
2. Cuatro sustantivos neutros.
3. Cuatro adverbios.
4. Todos los ejemplos de palabras para referir “uno”, “dos” y “tres”.
5. Dos sintagmas preposicionales con acusativo y otros dos con ablativo.

18 Llegada a la posada

Adjetivos 2-1-2 (tres terminaciones) y 3-3 (temas en -i-)

Raeda in fossa haerebat. Cornelii per viam ibant ad cauponam quae non procul aberat. Cornelia, quae non iam lacrimabat, cum Eucleide ambulabat. Pueros, quod praecurrebant, identidem revocabat Cornelius.

5 Aurelia, quamquam in caupona pernoctare adhuc nolebat, lente cum Cornelio ibat.

Mox ad cauponam appropinquabant. Neminem videbant; voces tamen hominum audiebant.

10 Subito duo canes e ianua cauponae se praecipitant et ferociter latrantes Cornelios petunt. Statim fugit Sextus. Stat immobilis Marcus. Aurelia perterrita exclamat. Cornelius ipse nihil facit. Cornelia tamen non fugit sed ad canes manum extendit.

15 “Ecce, Marce!” inquit. “Hi canes latrant modo. Nullum est periculum. Ecce, Sexte! Caudas movent.”

Eo ipso tempore ad ianuam cauponae apparuit homo obesus qui canes revocavit.


“Salvete, hospites! inquit. “In caupona mea pernoctare vultis? Hic multi cives praeclari pernoctaverunt. Olim hic pernoctavit etiam legatus principis.”

“Salve, mi Apollodore!” interpellavit Eucleides. “Quid agis?”

20 “Mehercule!” respondit caupo. “Nisi erro, meum amicum Euclidem agnosco.”

“Non erras,” inquit Eucleides. “Laetus te video. Quod raeda domini mei in fossa haeret immobilis, necesse est hic in caupona pernoctare.”

“Doleo,” inquit caupo, “quod raeda est in fossa, sed gaudeo quod ad meam cauponam nunc venitis. Intrate, intrate, omnes!”



3 **praecurro, -ere, correr por delante**

5 **homo, hominis, m., hombre**

7 **se praecipitant, se lanzan corriendo**

8 **fugio, -ere, huir**

9 **manum, mano**

10 **hi canes, estos perros**

modo, adv., solo

11 **cauda, -ae, f., cola**

12 **apparuit, apareció**

obesus, -a, -um, gordo

revocavit, llamó

14 **pernoctaverunt, pasaron la noche**

olim, adv., alguna vez

legatus, -i, m., legado

15 **Quid agis?, ¿Qué tal?**

16 **Mehercule!, ¡Por Hércules!**

nisi erro, si no me equivoco

agnosco, -ere, reconocer

19 **doleo, -ere, lamentar**

Ejercicio 18a

Responde Latine:

1. Quo ibant Cornelii?
2. Volebatne Aurelia in caupona pernoctare?
3. Quid canes faciunt?
4. Qualis homo ad ianuam cauponae apparuit?
5. Quales cives in caupona pernoctaverunt?
6. Cur necesse est in caupona pernoctare?

Ejercicio 18b

Identifica y analiza todos los adjetivos de la 3ª declinación en las oraciones de abajo, y traduce.

1. Omnes viatores ad cauponas vesperi adveniebant.
2. Apollodorus est dominus omnium servorum qui sunt in caupona.
3. In omni urbe magna aedificia sunt.
4. Aurelia non est femina fortis, nam in cauponis periculosis pernoctare non vult.
5. Omnes liberi erant laeti quod Syrus, raedarius bonus, raedam celerrime agebat.
6. Cornelia laudat Marcum, puerum fortem, qui omnes lupos magna in silva repellit.
7. Puer fortis canes non timet.
8. Canes manum puellae fortis olfaciunt.
9. Sextus omnes arbores ascendere vult.
10. Brevia itinera laeti saepe facimus.

omnis, -e, todo
viator, viatoris (m), viajero
vesperi, al atardecer

fortis, -e, valiente
olfacio, olfacere, oler, olfatear

19 Instalándose

Cuncti in cauponam intraverunt.

“Nonne cenare vultis?” inquit caupo. “Servi mei bonam cenam vobis statim parare possunt.”

5 “Ego et Cornelia hic cenare non possumus,” inquit Aurelia. “Duc nos statim ad cubiculum nostrum.”

Servos caupo statim iussit cenam Cornelio et Marco et Sexto parare. Ipse Aureliam et Corneliā ad cubiculum duxit. Aurelia, ubi alterum duorum lectorum vidit, gemuit.

10 “Hic lectus est sordidus,” inquit. “Neque ego neque Cornelia mea in sordido lecto dormire potest. Necesse est alium lectum in cubiculum movere.”

15 Caupo respondit, “Cur me reprehendis? Multi viatores ad meam cauponam venire solent. Nemo meam cauponam reprehendit.”

Iam advenit Euclides. Ubi Aurelia rem explicavit, Euclides quoque cauponem reprehendit.

Caupo mussavit, “Prope Viam Appiam cauponam meliorem invenire non potestis. In caupona mea nulli lecti sunt sordidi.”

20 Sed servos iussit alium lectum petere. Brevi tempore servi alium lectum in cubiculum portaverunt. Caupo iam cum risu clamavit, “Ecce, domina! Servi mei alium lectum tibi paraverunt. Nonne nunc cenare vultis?”

“Ego non iam esurio,” inquit Cornelia. “Volo tantum cubitum ire.”

“Ego quoque,” inquit Aurelia, “sum valde defessa.”

25 Non cenaverunt Aurelia et Cornelia, sed cubitum statim ierunt. Aurelia mox dormiebat sed Cornelia vigilabat.



intraverunt, *entraron*

ceno, -are, *cenar*

cena, -ae, f., *cena*

vobis, *a (para) vosotros*

iussit, *ordenó*

Cornelio, *a (para) Cornelio*

duxit, *llevó, condujo*

lectus, -i, m., *lecho, cama*

hic lectus, *esta cama*

sordidus, -a, -um, *sucio*

rem explicare, *explicar la situación*

melior, *mejor*

tibi, *a (para) ti*

esurio, -ire, *estar hambriento*

cubitum ire, *ir a acostarse*

valde, *adv., muy*

ierunt, *fuleron (de ir)*

vigilo, -are, *estar despierto*

Ejercicio 19a

Responde Latine:

1. Quid servi cauponis parare possunt?
2. Vultne Aurelia statim cenare?
3. Quid fecit Aurelia ubi lectum vidit?
4. Quid servi in cubiculum portaverunt?
5. Cur Cornelia cenare non vult?
6. Quid fecerunt Aurelia et Cornelia?

Quid fecit...? ¿Qué hizo...?

Ejercicio 19b

Completa las formas que faltan:

Pretérito perfecto		Infinitivo	Significado
Singular	Plural		
intravit	intraverunt	intrare	entrar
_____	custodiverunt	_____	_____
timuit	_____	_____	_____
_____	cenaverunt	_____	_____
_____	traxerunt	_____	_____
misit	_____	_____	_____
spectavit	_____	_____	_____
doluit	_____	_____	_____
_____	manserunt	_____	_____
_____	voluerunt	_____	_____
haesit	_____	_____	_____

Ejercicio 19c

Lee en voz alta y traduce:

Cornelii per viam ad cauponam lente ambulabant.

Sextus, “Nonne ille tabellarius equos vehementer incitavit, Marce?”

5 Cui respondit Marcus, “Ita vero! Eos ferociter verberavit. Equi cisium celeriter traxerunt. Raedarius noster, ‘Cave, sceleste!’ magna voce exclamavit. Tum raedam devertebat, sed frustra. Tabellarius tamen neque cisium devertit neque raedam vitavit. Itaque equi raedam in fossam traxerunt. Gemuit raedarius; gemuerunt pater et mater; lacrimavit Cornelia.”

10 “Pater tuus certe iratus erat,” interpellavit Sextus. “Statim virgam arripuit et miserum raedarium verberabat. Cornelia, ubi hoc vidit, iterum lacrimavit. ‘Pater! Pater!’ inquit. ‘Noli miserum hominem verberare!’”

“Tum pater,” inquit Marcus, “Corneliam tacere iussit. Omnes solliciti caelum spectaverunt quod iam advesperascebat. Pater igitur Eucleidem nos ad cauponam ducere iussit.”

vehementer, adv., *con violencia*

cui, *al cual, y a este/a*

certe, adv., *sin duda*

arripuit, *agarró*

hoc, *esto*

Ejercicio 19d

Clasifica los P.pf. del Ejercicio 19b, poniéndolos en seis columnas según el tipo de tema que tengan:

Pf. en -v-|

Pf. en -s-|

Pf. en -u-|

Pf. en -x-|

Pf. -vōc-|

Pf. = Pres. |

Grafiti de las antiguas posadas

Numerosos grafiti fueron grabados o pintados en las paredes de posadas y tabernas en Pompeya y muchos fueron recuperados por los arqueólogos en las excavaciones de la ciudad que fue destruida por la erupción del Vesuvio en 79 d. C. Algunos fueron escritos por los propietarios, otros por los clientes. Tratan sobre comida, bebida, condiciones de la posada y experiencias de los huéspedes. Unas veces están en prosa, otras en verso e incluso en forma de diálogo.

VIATOR AVDI SI LIBET INTVS VENI
TABVLA EST AENA QVAE TE CVNCTA PERDOCET

VIAJERO, ESCUCHA: SI TE APETECE, ENTRA.
HAY UNA PLANCHA DE BRONCE QUE TE INFORMA DE TODO

ASSIBVS HIC BIBITVR DIPVNDIVM SI DEDERIS MELIORA BIBES
QVATTVS SI DEDERIS VINA FALERNA BIBES

AQUÍ SE BEBE POR UN AS. SI PAGAS DOS, BEBES ALGO MEJOR.
SI PAGAS CUATRO, PORDRÁS BEBER FALERNOS.

TALIA TE FALLANT VTINAM MENDACIA CAVPO
TV VENDIS AQVAM ET BIBIS IPSE MERVM

OJALÁ TE CONFUNDAN TUS MENTIRAS, POSADERO.
VENDES AGUA Y BEBES PURO VINO.

MIXIMVS IN LECTO FATEOR PECCAVIMVS HOSPES
SI DICES QVARE NVLLA MATELLA FVIT

ME MEÉ EN LA CAMA. CONFIESO MI FALTA, POSADERO.
SI PREGUNTAS LA RAZÓN: NO HABÍA BACÍN.

20 Encuentro casual

Gram.: Desinencias del Ppf. / Usos del infinitivo⁵ / El enunciado verbal completo.

Ubi Cornelia et mater cubitum ierunt, Marcus et Sextus cum Cornelio manserunt. Cum Cornelio cenare et post cenam ad mediam noctem vigilare in animo habuerunt, nam omnia videre et omnia audire voverunt.

Marcus, “Esurio, pater”, inquit. “Esurisne tu quoque, Sexte?”

“Ita vero!”, respondit Sextus.


“Semper esuritis, tu et Marcus!”, exclamavit Cornelius.

“Licetne nobis”, inquit Marcus, “hic cenare?”

Paulisper tacebat pater, sed tandem, “Esto!”, inquit. “Tibi et Sexto licet hic cenare. Post cenam tamen necesse est statim cubitum ire”.

Riserunt pueri quod laeti erant. “Gaudemus, pater”, inquit Marcus, “quod nos in cubiculum non statim misisti. Voluimus enim hic manere et alios viatores spectare”.

Tum Cornelius cauponem iussit cibum parare. Brevi tempore servus cibum ad eos portavit. Dum pueri cibum devorant, subito intravit miles quidam. Cornelium attente spectavit. “Salve, vir optime!”, inquit. “Salvete, pueri! Cur vos in hanc cauponam intravistis? Cur non ad villam hospitis iistis? Nonne tu es senator Romanus? (continúa)



manserunt, *se quedaron*

post, prep. + ac., *después de*

medius, -a, -um, *medio*

media nox, *media noche*

Licetne nobis...?, *¿Podemos...?*

paulisper, *durante un rato*

Esto!, *¡De acuerdo!*

misisti, *enviaste, has enviado*

voluimus, *quisimos*

enim, conj., *pues*

Dum...devorant, *Mientras devoran...*

miles, militis m., *soldado*

vir optime, *señor*

optimus, -a, -um, *óptimo, el mejor*

Ejercicio 20a

Responde Latine:

1. Quid Marcus et Sextus facere voverunt?
2. Esuriuntne pueri?
3. Licetne Marco et Sexto in caupona cenare?
4. Cur pueri laeti sunt?
5. Quis intravit dum pueri cibum devorant?

“Senator Romanus sum”, respondit Cornelius. “Nos in hanc cauponam intravimus quod raeda nostra in fossa haeret immobilis. In agris nocte manere nolebamus, sed numquam antea in caupona pernoctavimus. Certe in agris pernoctare est periculosum”.

⁵ En perífrasis verbales (querer, soler, poder); con verbos impersonales (necesse est, licet); como Sujeto de sum; como núcleo de subordinada sustantiva (enseñar, mandar)

- 25 Tum miles, “Etiam in caupona pernoctare saepe est periculosum”.
 “Cur hoc nobis dicis?”, rogavit Cornelius. “Esne hic caupo homo scelestus? De Apollodoro quid audivisti?”
 “De Apollodoro nihil audivi, sed semper est periculosum in caupona pernoctare. Vosne audivistis illam fabulam de caupone narratam? Ille caupo hospitem necavit”.
- 30 “Minime!”, inquit Cornelius. “Illam fabulam non audivi. Cur igitur nobis illam non narras dum cenamus?”

in hanc cauponam, *en esta posada*
numquam, adv., *nunca*
antea, adv., *antes*
dico, dicere, *decir, hablar, contar*
illam, *aquella famosa*

fabula, -ae f., *historia*
narratus, -a, -um, *narrado, contado*
neco, -are, *matar*
narro, narrare, *narrar, contar*

Responde Latine:

1. Cur Cornelius in agris pernoctare nolebat?
2. Quid miles de Apollodoro audivit?
3. Quid fecit caupo in fabula?

Ejercicio 20b.

Pon la terminación de Ppf adecuada y traduce:

1. Ego liberos in horto petiv____; tu eos in silva inven____.
2. Ubi tunica Sexti in ramis haerebat, nos omnes ris_____.
3. Quo iit Cornelia? Ego et Marcus patrem hoc rogav____, sed ille nihil respond_____.
4. Quamquam Sextus fu_____ molestus, servi eum non verberav_____.
5. Ubi heri fu_____, Marce et Cornelia? Pater et mater nos iuss_____ hic manere.
6. Postquam vos cenav_____, cubitum ire volu_____.
7. Heri nos in urbe eramus, sed matrem ibi non vid_____.
8. “Unde ven_____, amici?” rogav_____ caupo. “Quo nunc itis?”
9. Tunc Cornelium vid_____, ubi tu Romam adven_____? Ego certe eum non vid_____.
10. Ille, postquam haec audiv_____, e caupona se praecipitav_____.

ille, *él*
heri, *ayer*

postquam, *después de que*
haec, *esto, estas cosas*

Ejercicio 20c

Explica los usos de infinitivo de la lectura inicial del capítulo.

Ejercicio 20d

Lee y traduce, y explica los usos de dum y los usos de infinitivo.

1. Cur, Marce et Sexte, ad mediam noctem vigilare in animo habetis?
2. Omnia videre et audire volumus quod numquam antea in caupona pernoctavimus.
3. Dum pueri in caupona erant, dormire nolebant.

4. Cur voluisti hic pernoctare, Marce?
5. Cur in caupona pernoctavistis, pueri? Licetne filio senatoris in cuponam intrare?
6. Cornelius servum in cubiculum ire iussit.
7. In via pernoctare periculosum est.
8. Dum Cornelius et pueri cenant, intravit miles quidam.
9. Vobis in caupona cenare licet.
10. Ego et tu cubitum ire nolui.

Ejercicio 20e

Pon en latín:

1. Cornelia: “Quise ir a acostarme”.
2. Niños: “Nos quedamos con Cornelio”.
3. Niños: “Pretendimos permanecer despiertos hasta media noche”.
4. Cornelio: “¿Por qué os estáis riendo, niños?”
5. Soldado: “Señor, ¿por qué habéis entrado en esta posada?”
6. Cornelio: “Entré en esta posada porque mi carruaje está retenido en la cuneta”.

Ejercicio 20f

	1ª sg. Pres. Indic.	Presente de Infin.	1ª sg. Ppf. Indic.
necamus, necavimus			
intrans, intraverunt			
erras, erravisti			
tenes, tenuisti			
mittunt, miserunt			
manemus, mansimus			
iubet, iussit			
discedimus, discessimus			
haeret, haesit			
dormiunt, dormiverunt			
petunt, petiverunt			
custodimus, custodivimus			
gemitis, genuistis			
estis, fuistis			

21 Asesinato

Gram.: Usos de Ppf. y Pimpf.

Miles hanc fabulam narravit.

Duo amici, Aulus et Septimus, dum iter in Graecia faciunt, ad urbem Megaram venerunt. Aulus in caupona pernoctavit, in villa hospitis Septimus. Media nocte, dum Septimus dormit, Aulus in somno ei apparuit et clamavit. “Age, Septime! Fer mihi auxilium! Caupo me necare parat”.

Septimus, somnio perterritus, statim surrexit et, postquam animum recuperavit, “Nihil mali”, inquit. “Somnium modo fuit”.

Deinde iterum obdormivit. Iterum tamen in somno Aulus suo amico apparuit; iterum Septimo clamavit, “Ubi ego auxilium petivi, tu non venisti. Nemo me adiuvari nunc potest. Caupo enim me necavit. Postquam hoc fecit, corpus meum in plastro posuit et stercus supra coniecit. In animo habet plastrum ex urbe cras movere. Necesse est igitur cras mane plastrum petere et cauponem punire”.



somnus, -i, m., *sueño (de dormir)*

ei, a él

somnium, -i, n., *sueño (de soñar)*

nihil mali, *mada malo*

malus, -a, -um, *malo*

obdormio, -ire, -ivi, -iturus,

quedarse dormido

corpus, corporis, n., *cuerpo*

stercus, stercoris, n., *estiércol*

supra, adv., *encima, por encima*

mane, adv., *por la mañana temprano*

punio, -ire, -ivi, -iturus, *castigar*

Ejercicio 21a

Responde Latine:

1. Ubi est Megara?
2. Ubi pernoctavit Aulus? ubi erat amicus Auli?
3. Quando Aulus Septimo apparuit? **quando...?**, ¿Cuándo?
4. Quid fecit Septimus postquam animum recuperavit?
5. Ubi caupo corpus Auli posuit? Quid in animo habuit?

Iterum surrexit Septimus. Prima luce ad cauponam iit et plastrum petivit. Ubi plastrum invenit, stercus removit et corpus extraxit. Septimus, ubi amicum mortuum vidit, lacrimavit. Caupo scelestus quoque lacrimavit, nam innocentiam simulabat. Septimus tamen cauponem statim accusavit. Mox cives eum puniverunt.

Postquam miles fabulam finivit, silentium fuit. Subito Cornelius exclamavit, “Agite, pueri! Nonne vos iussi post cenam cubitum ire? Cur ad cubiculum non istis?”

Sed Sextus, “Nos quoque fabulam militis audire volumus. Non defessi sumus. Non sero est”.

Hoc tamen dixit Sextus quod cubitum ire timebat. Dum enim fabulam militis audiebat, cauponem spectabat. Cogitabat, “Quam scelestus ille caupo videtur! Certe in animo habet media nocte me necare. Necesse est vigilare”.

30 Etiam Marcus timebat. Cogitabat tamen, “Si hic caupo est scelestus, gaudeo quod miles in caupona pernoctat. Euclides certe nos adiuvare non potest”.

Inviti tandem pueri cubitum ierunt, vigilare parati. Mox tamen semisomni fuerunt. Brevi tempore obdormivit Marcus.

primus, -a, -um, primero

lux, lucis, f., luz

prima luce, al amanecer

mortuus, -a, -um, muerto

simulo, -are, -avi, -atum, fingir

finio, -ire, -ivi, -itum, terminar

sero, adv., tarde

cogito, -are, -avi, -atum, pensar

videtur, parece

invitus, -a, -um, sin querer

eo, ire, ii / ivi, iturus, ir

peto, -ere, petivi, petitum, pedir, buscar, dirigirse a , atacar

invenio, -ire, inveni, inventum, encontrar, hallar

removeo, -ere, removi, remotum, remover

extraho, -ere, extraxi, extractum, extraer

video, -ere, vidi, visum, ver

iubeo, -ere, iussi, iussum, ordenar

volo, velle, volui, irreg., querer

dico, -ere, dixi, dictum, decir, contar

possum, posse, potui, irreg., poder, ser capaz

1. Quid Septimus prima luce fecit?
2. Quando lacrimavit Septimus?
3. Cur lacrimavit caupo?
4. Quid cives fecerunt?
5. Quid Sextus timebat?
6. Cur Marcus gaudet?
7. Quomodo pueri cubitum ierunt?
8. Quid Marcus et Sextus in animo habuerunt?

Ejercicio 21b

Las siguientes frases contienen errores en relación con el último capítulo leído. Identifica los errores y propón frases en latín para corregirlos.

1. Duo pueri, Aulus et Septimus, urbem Romam intraverunt.
2. Aulus et Septimus fratres Marci erant.
3. Septimus media nocte surrexit quod esuriebat.
4. Aulus auxilium petivit quod lectus sordidus erat.
5. Cives, postquam Septimum necaverunt, corpus sub stercore celaverunt.
6. Caupo Septimum accusavit postquam civem mortuum invenit.
7. Septimus cives punire in animo habuit quod scelesti erant.
8. Cives corpus in caupona sub lecto invenerunt.
9. Marcus cubitum ire timuit quod silentium erat.
10. Cornelius cauponem punivit quod Marcus eum accusavit.

Ejercicio 21c

Pon en latín:

1. ¿Qué queríais, muchachos?

2. Se levantaron de repente.
3. Finalmente los niños fueron a acostarse.
4. Séptimo buscaba el carro.
5. ¿Qué habéis visto, niñas?
6. Fuimos a la posada.
7. ¿Qué has dicho, Marco?
8. Mandamos a Cornelia que fuera a acostarse.
9. ¿Qué han encontrado?
10. Colocó el cuerpo en el carro.

Ejercicio 21d

Lee y traduce. Analiza los verbos morfológicamente:

1. Marcus sub arbore sedebat sed subito surrexit.
2. Iam advesperascebat et viatores aedificia urbis conspexerunt.
3. Davus in horto saepe laborabat.
4. Servi cenam paraverunt et nunc cenare possumus.
5. Aurelia in caupona pernoctare noluit.
6. “Ego”, Cornelius inquit, “in caupona numquam pernoctavi”.
7. Cornelia manum ad canem identidem extendebat.
8. Sextus a cane fugit.
9. Quamquam Marcus dormiebat, Sextus obdormire non potuit.

nolo, nolle, nolui, irreg., *no querer*

Ejercicio 21e

Lee y traduce:

SEXTO NO PUEDE DORMIR

Sextus tamen non obdormivit, nam de militis fabula cogitabat. Itaque diu vigilabat et de Aulo mortuo cogitabat. Tandem, “Marce!”, inquit. “Tunc timuisti ubi illam fabulam audivisti?”

Sed Marcus nihil respondit. Iterum, “Marce!”, inquit. “Tunc cauponem spectabas?” Iterum silentium! Deinde Sextus, iam timidus, “Marce! Marce!”, inquit. “Cur tu obdormivisti? Cur tu non vigilavisti?”

Subito sonitum in cubiculo audivit Sextus. “O me miserum! Audivitne sonitum Aulus ille miser ubi caupo eum necare parabat? Qualis sonitus fuit?”

Sonitum Sextus iterum audivit. “O Eucleides!”, inquit. “Cur ad cubiculum nondum venisti? O pater! Cur me in Italia reliquisti? Voluistine ita me ad mortem mittere? In Asiam ad te ire volo. Ibi enim nullum est periculum, sed periculosum est hic in Italia habitare”.

Multa se rogabat Sextus, nam, quamquam puer temerarius esse solebat, nunc media nocte in cubiculo tremebat.

Itaque Sextus, per totam noctem vigilare paratus, diu ibi sedebat. “Quomodo iam e manibus cauponis scelesti effugere possum? Suntne omnes caupones scelesti? Fortasse caupo me, filium civis praeclari, necare in animo habet. Quamquam Aulus aurum habuit, ego tamen nihil habeo, neque aurum neque pecuniam”.

Ita cogitabat Sextus. Iterum sonitum audivit. Timebat sed tandem surrexit invitus, nam omnes cubicoli partes inspicere volebat. Mox tamen risit. Ecce! Sub lecto erat feles, obesa

et semisomna. Prope felem Sextus murem mortuum vidit. Mussavit Sextus, “Non necesse est hoc corpus sub stercore celare!”

sonitum, *sonido*

ita, adv., *así*

ad mortem, *a la muerte*

mors, **mortis**, f., gen.pl.,

mortium, f., *muerte*

se rogabat, *se preguntaba*

totus, -a, -um, *todo (entero)*

aurum, -i, n., *oro*

pecunia, -ae, f., *dinero*

feles, **felis**, gen.pl., **felium**, f., *gato*

mus, **muris**, m., *ratón*

respondeo, -ere, **respondi**, **responsurus**, *responder*

relinquo, -ere, **reliqui**, **relictum**, *dejar, abandonar*

tremo, -ere, **tremui**, *temblar*

sedeo, -ere, **sedi**, **sessurus**, *sentarse, estar sentado*

effugio, -ere, **effugi**, *huir, escapar*

inspicio, -ere, **inspexi**, **inspectum**, *examinar*

rideo, -ere, **risi**, **risum**, *reír*

Ejercicio 21f

En los cuatro primero párrafos del texto 21e, localiza:

1. Todos los verbos en Pres.
2. Todos los verbos en Pimpf.
3. Todos los verbos en Ppf.
4. Todos los infinitivos.

Ejercicio 21g

Lee y traduce y dramatiza el texto:

AL DÍA SIGUIENTE POR LA MAÑANA

Nondum lucebat, sed Cornelia, ut solebat, iam surgebat. Tunicam induit et tacite e cubiculo exiit, quod matrem excitare nolebat. E cubiculis cauponae nihil nisi silentium. Omnes adhuc dormiebant, sed Cornelia audire poterat vocem ancillae quae iam in culina laborabat. Cornelia igitur ad culinam appropinquavit et feminam conspexit. Dum

5 Cornelia spectat, femina cibum coquit et cantat. Cornelia intrat.

CORNELIA: Nonne tu es femina quae saltat? Quid tibi nomen est?

ANCILLA: Ita vero! Saltatrix sum. Me appellant Elissam. Quis es tu?

CORNELIA: Ego sum Cornelia. Quis te saltare docuit?

10 ANCILLA: (*cum risu*) Ubi in urbe Gadibus habitabam cum parentibus, mater me cum crotalis saltare, cantare, multa alia facere docuit.

CORNELIA: Si tu saltatrix es, cur cibum coquis?

ANCILLA: Fortasse sum saltatrix; ancilla tamen sum.

CORNELIA: Tu ancilla es? Quomodo ad Italiam venisti?

15 ANCILLA: Piratae me in Hispania ceperunt et ad Italiam tulerunt. Apollodorus me in urbe Roma emit.

CORNELIA: Cur non effugis et ad Hispaniam redis?

ANCILLA: Quomodo effugere possum? Nullos amicos in Italia habeo et ad Hispaniam sola redire non possum. Praeterea Apollodorus dominus bonus est quod ipse servus fuit. Me numquam verberat et omnia dat quae volo.

- 20 CORNELIA: Praeter libertatem.
ANCILLA: Ita vero! Praeter libertatem.

culina, -ae (f), *cocina*
canto, -are, -avi, -atum, *cantar*
salto, -are, -avi, -atum, *bailar*
saltatrix, saltatricis (f), *bailarina*
appello, -are, -avi, -atum, *llamar*

Gades, Gadium (f pl), *Gades = Cádiz*
crotalum, -i (n), *crótalo, castañuela*
pirata, -ae (m), *pirata*
praeter (+ ac.), *excepto*
libertas, libertatis (f), *libertad*

conspicio, conspicere, conspexi, conspectum, *ver*
doceo, docere, docui, doctum, *enseñar*
capio, capere, cepi, captum, *tomar, capturar*
fero, ferre, tuli, latum, *llevar, traer*
emo, emere, emi, emptum, *comprar*
do, dare, dedi, datum, *dar*

REVISIÓN IV: CAPÍTULOS 18-21

Ejercicio IVa: Concordancia de adjetivos y sustantivos

Pon la forma del adjetivo correspondiente que concuerda con el sustantivo subrayado, y traduce:

1. Cornelii e raeda descenderunt _____. (incolumis, -e)
2. Pater filiam _____ laudavit. (fortis, -e)
3. Puer _____ lupum repellit. (fortis, -e)
4. In _____ caupona lecti sunt sordidi. (omnis, -e)
5. _____ caupones non sunt scelesti. (omnis, -e)
6. Puella _____ stat et manum ad canem extendit. (immobilis, -e)
7. Princeps _____ senatores Romam redire iussit. (omnis, -e)
8. _____ Cornelii Romam rediebant. (omnis, -e)
9. Servi per agros cum canibus _____ currunt. (fortis, -e)
10. Cornelia et Flavia sunt puellae strenuae et _____. (fortis, -e)

Ejercicio IVb: Identificación de formas verbales (principales partes del verbo)

Analiza morfológicamente e indica el enunciado de cada verbo:

1. veniebatis
2. cogitavistis
3. coniciebam
4. iusserunt
5. surrexi
6. removebas
7. clamavisti
8. obdormiebamus

Ejercicio IVc: Imperfecto, Presente y Perfecto.

Pon estas formas verbales irregulares en la misma persona y número.

	Presente	Perfecto
1. volebam	_____	_____
2. eramus	_____	_____
3. volebas	_____	_____
4. ibant	_____	_____
5. eras	_____	_____
6. ibas	_____	_____
7. nolebat	_____	_____
8. ibatis	_____	_____
9. erant	_____	_____
10. nolebatis	_____	_____

Ejercicio IVd: Usos de *dum* e infinitivos

Traduce y analiza sintácticamente de forma sucinta:

1. Dum Cornelii ad cauponam appropinquant, subito canis apparuit.
2. Cornelii in caupona pernoctare in animo habuerunt.
3. Periculosum non est in hac caupona pernoctare.
4. Cornelios caupo intrare iussit.
5. Aurelia et Cornelia in caupona cenare noluerunt.
6. Pueris licet vigilare et militis fabulam audire.
7. Dum miles fabulam narrabat, pueri vigilabant et audiebant.
8. “Hi lectus est sordidus”, inquit Aurelia. “Necesse est alium lectum petere”.
9. Aurelia et Corenlia in cubiculo manent, dum servi alium lectum petunt.
10. Aurelia in lecto sordido dormire noluit.
11. Dum Aurelia et Cornelia in cubiculo manent, servi alium lectum in cubiculum portaverunt.

Ejercicio IVe: Traducción

Lee y traduce:

MUCIO DA UNA LECCIÓN DE VIRTUD ROMANA

Porsenna, rex Clusinorum, urbem Romam iam diu obsidebat. Romani igitur, quod cibum in urbem ferre non poterant, fame peribant. Tum miles quidam Romanus, Gaius Mucius nomine, qui cives et patriam servare volebat, Porsennam necare constituit.

Itaque Mucius ad senatores Romanos iit et, “Tiberim transire”, inquit, “et castra
5 hostium intrare in animo habeo. Ibi regem Porsennam necare volo”.

Responderunt senatores: “Si hoc temptare vis, tibi licet”. Laetus domum rediit Mucius. Gladium arripuit et sub tunica celavit. Trans Tiberim festinavit et castra hostium furtim intravit. Ibi magnam multitudinem militum vidit. Ad mensam ante milites sedebant duo homines. Alter pecuniam militibus dabat, alter spectabat. Cogitabat Mucius: “Uter est
10 rex? Nonne ille est qui omnia facit? Necesse est illum necare!”

Mucius ad mensam appropinquavit et virum gladio necavit. Stupuerunt omnes milites. E castris effugiebat Mucius sed milites eum ceperunt.

“O sceleste!”, inquiunt. “Cur scribam regis necavisti?”

15 “Regem, non scribam, necare volebam”, respondit Mucius.

Rex, ubi haec audivit, iratus erat et milites iussit Mucium punire. Superbe respondit Mucius: “Civis Romanus sum. Me Gaium Mucium vocant. Castra intravi quod urbem Romam servare in animo habebam. Me cepisti sed poenas non timeo”.

Eo ipso tempore stabat Mucius prope aram et ignem. Subito dextram manum in ignem iniecit. Rex statim surrexit et milites iussit virum ab igne trahere. “Quamquam”, inquit,
20 “hostis es, te ad cives tuos iam remitto quod vir fortissimus es”.

Postquam Mucius Romam rediit, rem totam narravit. Cives Mucium non modo laudabant sed, quod iam sinistram modo manum habebat, eum appellaverunt Scaevolam.

rex, regis (m), rey

Clusini, -orum (m pl), habitantes de Clusio⁶

fame perire, morir de hambre

patria, -ae (f), patria, tierra natal

servo, -are, -avi, -atum, salvar

⁶ Actualmente Chiusi, en la provincia de Siena, en la Toscana.

Tiberis, Tiberis (m), *Tiber*
castra, -orum (n), *campamento*
hostes, hostium (m pl), *enemigos*
gladius, -i (m), *espada*
trans (+ ac.), *al otro lado de*
multitudo, multitudinis (f),
muchedumbre
mensa, -ae (f), *mesa*
ante (+ ac.), *ante, delante de*
militibus, *a los soldados*
Uter...?, *¿Cuál (de los dos)...?*
ille, *aquél, él*

stupeo, -ere, -ui, *quedar asombrado*
scriba, -ae (m), *escriba*
superbe, *orgullosamente*
ara, -ae (f), *altar*
ignis, ignis, *fuego*
dexter, dextra, dextrum, *derecho*
fortissimus, -a, -um, *muy valiente*
sinister, sinistra, sinistrum,
izquierdo
Sacevola, -ae (m), *Escévola*
(sobrenombre que deriva de **scaevus**,
-a, -um, *izquierdo*)

obsideo, -ere, obsedi, obsessum, *asediar*
constituo, constituere, constitui, constitutum, *decidir*
transeo, transire, transi(v)i, transitum, *cruzar*
inicio, inicere, inieci, iectum, *arrojar*
remitto, remittere, remisi, remissum, *enviar de vuelta*